



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per
sedem Apostolicam**

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

Wickelphius suo Schirruglio. S. p. d.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

nos odio insequuntur. Clamitant enim in plateis huc huc veniunt ob
scuri Ruchliniste non minus deo quam hominibus odibiles faciunt deinde
in nos stercorea. Quid multis? Canes nobis omnibus ultro non irrita
ti adlatrant. nigris enim utimur larvis. nec id solum canes agunt. verum
et viles caligas nostras. et detrita vestimenta dilaniant. Vale. Ex
cella vinaria. ubi nobis dant deorum responsa.

¶ Titivillus Pultrono. S. p. d.

A Nimis ago mi charissime Durcida. Utinam essem cum
Anchisiade in elysijs campis. et hec tam infelicia non audi
rem. Proh deus atque hominum fidem. quid hoc est si contumelia non
est. aut potius dei plaga. Que tu scribis. intolerabilia videntur.
Gratias Capnion nobis agit nullas. quin potius obscuris omni
bus maledicit. Alij preterea nos sycophantas. alij noctis filios. alij
nebulones. alij humanas bestias. alij monstruosa mancipia. alij ca
nes rabidos. nonnulli hereticos. blasphemos. et fetidissimam con
vitiatorum seminam appellant. Addunt quoque nos solos obscuros
cum Dathan et Abyron merito a terra absorbendos. Vale. Ex Ar
gentina. et tibi oblecta felicitatibus.

¶ Berhardus Schirruglius. Joanni
wickelphio. S. p. d.

M Alii sunt homines qui dicunt nobis male. quibus enim neque de
um timeamus neque homines. aliosque indigne leserimus. ni
hil tamen est quod contumelias perpetiamur. bellum hoc et lepidum
Verum hec alias Graue mihi semper atque anceps dubium fuit.
quare Colonienfes theologij. plus ceteris per Alemaniam floren
tibus. superioristarum errores corripere nitantur et in suum in
dignari. hominem nobis summa diuinitu necessitudine Vale feliciter
et cras responde. Ex Andernako.

¶ Wickelphius suo Schirruglio. S. p. d.

Non possum tibi Sordij nodum absque dolore interno et hor
risonis ululatus dissoluere. Nisi doctor essem in omnibus
scientiis mundi. itemque si neque in Bohemia neque in narragonia fu
issem. ad tam difficilem ac plane tortuosam dubitationem respon
de tibi nequaquam possem. Audivi nuper in ecclesia a quodam theolo
go. ad populum dei verbum habente. reuerendum inquisitorem Ja
cobum Doehstratez. tres sibi a sede apostolica archiepiscopatus
commissos habere Colonien. Moguntinam. et Treuerensem. ut que
mala sunt. ab ecclesia dei quamprimum reucllat. Adiecit quoque Sixtum
papam quartum. singulari quadam commissione per totam Alema
niam heresum extirpandarum munus theologis Colonien com
mississe. Quod ut luce clarius intueare. breuis illius exemplar tibi
per Liripipianum transmittito. ut immodice lamenteris Vale ex
Madepurck. et penitentiam age quamprimum potes.

L 4.